



*Puerilem sententiam
declarat.*

C A P V T XXII.

*2 in Apped.
fol. 52.*

*Ignis tā in-
ternus quā
externus, or-
dinaris
Creatoris
professor,
Natura li-
brum ex-
plicat.*

O Biter nunc percurram aci-
da, quæ Reformator do-
cet falsis contraria a; quam ta-
men doctrinam, cum reliquis
pluribus falsissimam, & igno-
rantia plenam inuenio, vt per
ignem (qui hic professor publi-
cus & iustus iudex vocatur: dia-
lectica hanc discretionem non
habet, ea saltem scientias re-
pertas & veras, in quouis sci-
bilî methodicè, rectè, & cla-
re, magnâ utilitate proponere &
tractare nouit) seruatis voci-
bus, usu receptis, demonstra-
bitur. Salium autem sapores
quantum visum fuit, pro intelli-
gentia præsentis compendioli,
suprà distinxî.

Hippocrates Chymicus. 191

Ex nitro , & sale communi
ana vncijs quatuor , & aluminis
vncijs duabus fiat puluis , cui
superadde aquam simplicem ,
quantum satis pro salium solu-
tione , (quæ non agunt nisi so-
luta) & habebis liquorem sal-
sum , cui adde auri foliati duas
saltem drachmas , misce aurum
cum salibus , & coque in ollula
vitreata ad siccitatem sub finem
auge ignem , donec odorem aquæ
fortis instar spiret : sic mixturæ
falsedo erodit aurum. Albam
massam in ollula dissolue aquâ
communi , solutum quiescat vi-
treo vase , donec fæces salium
subsideant , clarum per inclina-
tionem effunde : huic claræ so-
tioni guttatim instilla , alcali
quoddam fixum resolutum , ex.
gr. liquorem Tartari , qui statim
absorbet subtiliores acidos spi-
ritus , & illico aurum cadit co-
loris purpurei. Hac in opera-
tione , sal non obfuit acidis spi-
ritibus , vt docet Reformator ;
sed alcali tartari absorbens acida ,

*Auri Cal-
cinatio in
via sicca.*

compositum destruxit.

Auri calcinatio in via humida.

Eadem viâ, sed maiori impetu distillata aqua ex nitro & alumine, in qua sit solutum sal commune, aurum dissolvit; nisi enim sal in aqua dissolutum esset, aurum non corröderet. Non itaque destruit sal acidam aquam fortem, neque in sicca, neque in humida via; sed ea vigorem addit, sale ammoniaco similem. Hinc Basilius.

Quod in Aquila manifestè reperitur,

Id mihi totum penitusque inheret.

Hinc liquet, quod aurum non dissolvitur nisi à falsis: quare autem acidus salis spiritus hoc solvit? dixi & ostendi suo loco; quod nimirum spiritus rodendo, redit in id quod erat à natiuitate, id est in sal.



Obscu-